



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Sancti Athanasii ceterisque Abbatibus & monachis montis sancti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

ad invicem dissidebant, pacis evangelista predicti, eo qui est pax nostra praestante auxilium, reformatum; ut non emularetur Ephraim Iudam, & Iudas Ephraim minimè impugnaret. Verum quia ille qui paci hominum invidet & saluti, novas illuc dissensionis materias seminavit, ne superexcente zizania triticum suffocetur cum labore tanto & studio seminatum, dilectum filium nostrum Petrum tituli sanctae Mariae in Aquiro Diaconum Cardinalem, apostolicæ sedis Legatum, virum utique litteratum, providum, & honestum, quem inter ceteros fratres nostros specialis caritatis brachii amplexamur, ad partes illas à latere nostro destinamus, qui auctoritate ac vice nostra pacis feedera jam prius imita corroboret & confirmet, & ut vir potens in opere & sermone, novellam plantationem irrigans in fide foveat & consolidet orthodoxa, & generaliter destruat & evellat, ædificet atque plantet quæ destruenda & evellenda, necnon ædificanda viderit & plantanda, corrigo & reformato mando quod correctionis & reformationis officio cognoverit indigere. Quocirca universitatem vestram monemus & exhortamur attentiū, per apostolica vobis scripta districte præcipiendo mandantes quatenus Legatum ipsum sicut personam nostram, immo nos in ipso, recipientes benignè, ac honorificè pertractantes, ea quæ statuenda duxerit vel etiam corrigena recipiat humiliter & inviolabiliter observetis. Alioqui sententiam quam rationabiliter tulerit in rebelles ratam habebimus & faciemus auctore Domino inviolabiliter observari. Datum Laterani XVI. Kal. Februarij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

S A N C T I A T H A N A S I I  
ceterisque Abbatibus & monachis  
montis sancti.

Epiſt. 163.  
Recipiantur  
sob̄ protectione  
se sedis apof-  
tolice.

**R** Elatione illustrium & magnorum virorum nostro est apostolati declaratum quod ille qui est mons domus Domini preparatus in vertice montium, ut ad eum confluant omnes gentes, sanctus videlicet sanctorum, qui Ecclesiæ fundamenta in sanctis montibus collocavit, montem vestrum super mare situm ad inhabitandum suis fidelibus præelegit; qui effectum sui nominis & numinis in se habens, licet aridus sit & asper ac temporalis fertilitatis gratia destitutus, est tamen inter alios mundi montes maxima spiritualium ubertate mirabiliter fecundatus. Nam cum trecentis monasteriis & glorioſa religiosorum viro-

rum multitudine arctam & pauperem vietam ducentum decoretur, tanta usque modò reforuit excellentia honestatis, tanta religionis eximia claritate resulſit, ut de ipso cum Jacob recte poslit quis dicere admirando: *Verè sanctus est iste locus*; quia hic est domus Dei, & quædam quodammodo porta cœli, ubi multitudo cœlestis exercitus, tamquam castrorum acies ordinata, & parata suscitare Leviatan, victoriōs pugnat jugiter cum dracone, palens Dominō sapienter. Propter quod cùm jam dudum fama vestri nominis, quæ fuerat effusa sicut oleum circumquaque, multos populos ad se traxerit in odorem unguentorum vestrorum, ipsos currere faciens à remotis, Ecclesiæ Prælati & Imperatores Constantinopolitani pluresque Principes seculares per privilegia sua multa olim tantæ libertatis præminentia vos dorarunt ut post Deum, cui vos volebant liberè famulari, nullius unquam essetis jurisdictioni subjecti. Ceterum peccatis exigentibus nunc ex parte has infregit mundana potentia libertates per quandam Dei & Ecclesiæ inimicum, qui latrunculis congregatis in quodam castro quod idem in monte vestro construxerat per auxilium brachij secularis, non solum Ecclesiæ vestras tamquam prædo sacrilegus & crudelis, auro, argento, & ornamentiis omnibus spoliavit, verum etiam ut pecuniam exhaustaret, quam vos credebat ille perditionis filius congregasse, tamquam insanus carnifex atque tortor peremit crudeliter quodam veltrum multiplici genere tormentorum; sed tandem sua prava intentione frustratus, quam in camino cupiditatis ignis avaritiae succendebat, exinde justitia exigente per Imperatoris potentiam est dejectus. Vnde ne cujusquam præsumptoris audacia volentis jurisdictionem aliquam super vos sibi temere usurpare vestra pax & tranquillitas de cœro perturbetur, nobis humiliter supplicasti ut vestris vobis libertatibus confirmatis, sub beati Petri ac nostra protectione vos suscipere dignaremur. Volentes igitur paci & quieti vestra paterna sollicitudine providere, vestris iustis postulationibus inclinati, personas & locum in quo divino estis obsequio mancipati, possessiones etiam & omnia bona vestra quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, vel in futurum justissimis dante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus. Libertates autem & immunitates rationabiles & antiquas ac etiam approbatas,

M M M M M

## 830      Epistolarum Innocentij III.

prout in vestris privilegiis dicitur contineri, vobis & per vos monasterii vestris auctoritate apostolica confirmamus & praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. nostra protectionis & confirmationis &c. Si quis autem &c. Datum Laterani xvi. Kal. Februarij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

### PRAEPOSITO ET CAPITVLO sancte Marie in Vines, Ianuenibus.

Epist. 169.  
Eis conservat  
jura parochia-  
lia.  
Vide supradicta epist.  
26.

**Q**uoniam ad instantiam S. de Camilla civis Ianuenensis afferentis quod ad Ecclesiam vestram, cuius parrochianus existit, sine periculo vita accedere non vallebat, venerabili fratri nostro Ianuensi Archiepiscopo dedimus in mandatis ut si dictus civis tantum anni redditus juxta bonorum virorum estimationem assignare vellere Ecclesiae memorata quantum a domo sua Ecclesia ipsa percipere consueverat annuatim, daret eidem licentiam oratorium in fundo proprio construendi sine juris prejudicio alieni. Cum igitur inter eundem S. ac vos proponentes quod hujusmodi litterae per veri suppressionem & expressionem mendacij fuerant impetratae coram dicto Archiepiscopo fuisset diutius disputationum, ac idem rei seriem per suas nobis litteras intimasset, nos iis quae Vv. concordicus vester & Vv. Presbyter procuratores partium in nostra proposuere praesentia plenius intellectis, praefatam Ecclesiam vestram ab ipsis civis impetitione super hoc duximus absolvendam. Nulli ergo &c. nostra diffinitionis &c. Si quis autem &c. Datum Laterani xvii. Kal. Februarij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

### PETRO SANCTÆ MARIAE in Aquiro Diacono Cardinali apostolice sedis Legato.

Epist. 170.  
De vicecomi-  
tatu Nemau-  
ensem.

**C**um dilectus filius nibilis vir Simon Comes Montisfortis vicecomitatum Nemaensem, qui nomine nostro teneatur, ad vicecomitatum Biterensem afferat pertinere, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus inquiras super hoc plenius veritatem, & quod invenieris, cures nobis fideliter intimare. Datum Laterani xxi. Kalend. Februarij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

### E I D E M.

Epist. 171.  
De absolutione  
quorundam no-  
bilium.  
Vide hisp. Albig.  
cap. 77.

**E**t si nobilium virorum Comitis Convenarium & Gastonis excessus graves sint plurimum & enormes, quia tamen humiliter pulsantibus non est Ecclesiae aditus

præcludendus, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus quatenus sufficiant ab eis, juxta quod videris expedire, cautione recepta, ipsos reconciles ecclesiastica unitati, & disponas de illis secundum Deum prout de prudentum virorum consilio videris dispondendum. Datum Laterani xi. Kal. Februarij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

*In eundem modum scriptum est nobili viro Ut liberati res  
Simoni Comiti Montisfortis ut supra\* uno folio. sicut filium  
Regis Aragonie \* id est, supra  
p. 167.*

Equo rufo &c. usque orthodoxa, & natum inclytæ recordationis Petri Regis Aragonum, quem tu detines, restitu faciat regno suo, ut de ipsis custodia provideat & disponat. Quocirca nobilitatem tuam rogado monemus & exhortamur attentiū per apostolica scripta mandantes quatenus Legatum ipsum sicut personam nostram, immo nos in ipso, honorificè ac benignè recipias & pertractes, & ejus monitis ac preceptis intendas humiliter & devote. Et quoniam amodò indecens esset ut quacunque occasione natum retineres Regis prædicti, eundem in manibus Legati memorati resignes, ut de ipso provideat sicut viderit expedire. Alioquin super hoc idem Legatus procedet prout in mandatis a nobis viva voce recepit. Datum Laterani x. Kal. Februarij, pontificatus nostri anno sextodecimo.

### PETRO SANCTÆ MARIAE in Aquiro Diacono Cardinali apostolice sedis Legato.

**E**t si Tololanorum excessus gravis sit & enormis, quia tamen sepe & nuper per dilectos filios P. Guitardum & B. Gilaberti nuntios suos pulsarunt ad januam, & humiliter pulsantibus non est Ecclesiae aditus præcludendus, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus quatenus sufficiant ab eis, juxta quod videris expedire, cautione recepta, ipsos reconciles ecclesiastica unitati, & sic civitas ipsa reconciliata sub apostolica sedis protectione consistat, non molestanda de cetero a Comite Montisfortis vel aliis fide catholicis, dum in fide catholicæ & ecclesiastica pace duxerint persistendum. Quod si forte satisfacere noluerint, & in errore suo duxerint persistendum, nos per indulgentias innovatas crucis signatos & fideles alios præcipimus excitari ut ad extirpandam peccatum hujusmodi divino freti auxilio injungentes, tam contra ipsos quam quolibet alios receptatores aut defensores eorum, qui plus ipsis haereticis sunt nocivi, proce-